II. Esdra 9,25–30 5.7
S. Gallen 722, p. 260 10. II. 36

Nehem 9.25 (l. lavus)

plenas omnibus bonis ~~locus~~ inclusos uineas
et olineta. et omne lignum satium ad multitudinem
et permanducauerunt et saturati sunt et diliciis
habundauerunt ex tua bonitate illa magna [26] et
inritauerunt te et discesserunt a te. et abiecerunt
legem tuam post dorsum suum et profhetas tuas inter
fecerunt qui contestabantur eos ut reuerteren
tur ad te, Exercuerunt inritacionem magnam
[27] et tradidisti illos in manum conflictencium eos et opprae
serunt eos et clamauerunt ad te tempore adflic
cionis suae. et tu de caelo audisti eos et illis pieta
tibus tuis magnis praestitisti eis salutem et fecisti
eos saluos de manu obterencium eos [28] et statim ut qui
uerunt, de manu opprimencium eos, reuersi sunt. ut
facerent quod malum est in conspectu tuo. Et reli
quisti eos in manus inimicorum eorum. et dominati sunt
eorum et iterum clamauerunt. et tu de celo audisti
et liberasti eos pietatibus multis temporibus [29] et
contestatus es eos ut reuerterentur ad legem
tuam ipsi autem spreuerunt et non exaudierunt precep
ta tua; Et in tuis iudiciis peccauerunt quae fa
ciens homo uiuit in eis; et dederunt dorsum suum
et indurauerunt ceruicem suam [30] et adquieuisti super
eos annos multos. et contestatus es eos in spiritu
tuo in manu profetarum tuorum et non obaudierunt